



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XI. De Victoria Christianorum ubi qvinque millia Pruthenorum sunt
occisa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hermannus de Saltza IV. Ord. Teut. Magister General.
Hermannus de Balke I. Magister Provincialis Prussiae.

CAP. XI.

De,

*Victoria Christianorum ubi quinque
millia Pruthenorum sunt occisa.*

Quo facto Frater Hermannus Magister & alii Fratres tempo-
re Hyemali cum omnia essent gelu intensissimo indurata
assumptis peregrinis prædictis, qvorum desiderium accensum
fuit ad reprimendam audaciam Pruthenorum, accesserunt ad
territorium (a) Reysen & occisis ibi & captis plurimis Homini-
bus processerunt ad fluvium (b) Sirgune, ubi hoc qvod diu op-
taverant sunt experti. Invenerunt enim Pruthenorum ma-
gnum exercitum congregatum in armis & paratum jam ad
prælrium, qvos dum viriliter aggrederentur, conversi sunt in
fugam. Sed Dux Pomeraniae & Semborius frater ejus magis
experti in bello Pruthenorum, vias circa indagines cum suis
armigeris occupaverunt, ne qvis posset evadere, & ex tunc per-
cusserunt peccatores in ira sua. Ibi gladius militiae Christianæ
vibratus carnes infidelium devoravit, hinc lancea non cassa per-
lata est vulnera, qvia Prutheni nec huc nec illuc poterant decli-
nare à facie perseqventis, & facta fuit magna strages in populo
Pruthenorum, qvia ceciderunt illo die ultra quinq; millia inter-
fecti. Hoc facto peregrini omnes cum gudio ad propria sunt
reversi, laudantes clementiam Salvatoris.

ANIMADVERSIONES.

(a) Resin habet Jeroschinus.

(b) Exonerat se in locum Drausen. Vide, qvæ de eo diximus infra ad
cap. 135.

CAP.

